



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

IX. Die Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

oratione indormisceret, baculo se castigabat, vt experrectus oraret. Simplicis columbæ instar sine felle amabat omnes & amabatur: neque quicquam tam publicum erat vllius facinus quod ille carperet, aut non excusaret. Laure (quam nec vnam, nec semel habere potuisset) hæreditatis, nobilitatisque nullam vnquam mentionem admisit. Illo inconscio pictor, nobilium Didaci consanguineorum iussu illum depinxerat. Eam imaginem vbi vidit Didacus, turbatus primum, illud adiecit, more suo: *Laudetur IESVS: ego stiam Iudam aliquando pictum vidi.* A-

cerimi colicæ dolores illam intra 20. horarum spatium è vita exemere, inter illos etiam dolores Sacramentis hilarè procurari petentem, atque dicentem: *Eamus, eamus, Domine. Letatus sum in his quæ dictæ sunt mihi &c.* Et pulsando pectus: identidem, *In cubilibus, aiebat, vestris compungimini.* Exequiæ illius à paruulis, à clero, à nobilitate celebratæ; ac virtutis fama tanta, vt ingens vis populi ne armatâ quidem manu arceri satis potuerit, quin ea faceret quæ circa sanctorum cadauera solet pietas populorum.

Mora.

## IX. DIE MAII.

P. A D R I A N V S  
CHESROY.

**S**implicitatem sanctam præclaro a-  
tiorum quoque virtutum studio  
adornauit. A morte compertum  
est, illum nihil omnino habuisse, præ-  
ter vnicam Angeli custodis imaginem.  
Non alijs rebus, quam diuinis, & con-  
scientiæ quæstionibus studium addi-  
tebat; cibo vix alio quam pane vescer-  
batur; vino tali, quod ab aqua infusæ  
copiâ vini ferè nomen amitteret. Sa-  
crum ad omnem rubricarum acenra-  
tionem religiosè, nec sine lacrymis  
obibat. Angelis, Custodi potissimum,  
tam fuit addictus, vt *Pater de Angelis*  
*dicretur.* Quicquid Angelicarum con-  
gregationum, libellorum, precum hi-  
storiarum poterat reperire, legebat,  
adnotabat, narrabat, nec vlla recrea-  
tionis hora illi elabebatur, quin de il-  
lis aliquid in medium afferret. Sæpè  
illi Angeli adfuisse dicuntur, Custos  
potissimum: quem coram aspexit,  
cum Societatem iniret, aliquoties  
etiam antequam sacris initiaretur. Et

particulatim sæpè, in Sacramento po-  
tissimum, illi se Christus amanter spe-  
ctandum obtulisse fertur: sæpè ipse  
comitatum se duobus Angelis vidit à  
cubiculo vsque ad altare eum iret di-  
uino sacrificio operaturus, stipabant  
illi latus Angeli hinc, & inde; nec abi-  
bant, nisi sacrificio iam peracto. Per  
octo extremos dies delirio tenebatur:  
sed hoc ipsum illi haud ex improviso  
accidisse illud argumento est, quod  
noctu excitato vicino suo prædixerit,  
sibi dilirium imminere neque idcirco  
angi quemquam debere, se enim  
diuinâ gratiâ ad mortem comparatum  
esse.

Christus.  
Angeli.  
Sacrum.P. G A B R I E L  
POTIER.

**H**ic seu disciplinis litterarum ado-  
lescentes instrueret, seu Flexiæ  
conuictorum contubernium regeret,  
seu aliud quid officij obiret, religiosâ  
cum laude peregit omnia. Ad hæc per  
pulpita templorum celebriorum Ec-  
clesiastæ flagrantissimi munus gessit  
accerrimè,

Gallus Ca-  
domi. 9.  
Maij 1633. j



Humilis.

acerrimè, præclarâ commendatione, ac fructu. Illud autem insignis eius modestiæ specimen est quod cum Româ de gradu illius literæ perlata fuissent, è nominum similitudine natus error fecerit, ut Coadiutorum spiritualium vota sibi deserta esse intelligeret. Qua in re tametsi sui satis conscius, cum errorem posset facilè suspi-

cari, dissimulanter, modestè tacuit, & oblatam sibi Coadiutorum spiritualium formulam palam recitavit. Errore demum agnito ij, quorū intererat & virtutem illius, ac silentium suspexere; ac illum adscripsere quatuor vota professis, concepto ab eo illis proprio Sacramento.

## X. DIE MAII.

P. IOANNES  
BRENNERUS.P. IOANNES  
XVARES.Belga Monachij. 10.  
M. ij. 1596.  
Soc. 31.

**M**agni planè zeli vir, & conspectæ pietatis, ac industriæ ad expedienda ea, quæ salutem mortaliū aduersantur. Veila imperiale Sueviæ oppidum est funestum, hæresi miserandum. Ibi trium ferè mensium interiectu hæreticis, catholicisque per multum profuit Ioannis industria, & in dicendo felicitas, atque auctoritas. Aiebant Senatum vniuersum cum plebe tora orthodoxæ fidei adiungendum fuisse nisi fœderatarum Urbium hæreticarum Societas venisset. Quod proximum tamen fuit (aiunt de illo annuæ Spirenses) multa eius sententiâ ad catholicam religionem augendam instituta sunt, hæreticorum connubia cum Catholicis abnuuntur, non Senator in Consulem, non in Senatorem cuius hæreticus eligitur; neque in civitatem ullus admittitur, qui non ante Catholicæ Ecclesiæ nomen dederit. Eiusdem etiam suasu ciuitas duos precipuè Germaniæ Principes viros, ac Catholicæ religionis defensores sibi patronos delegit; eorumque patrocinio gloriatur.

Fides.

**C**ommendatur in illo spectata vitæ probitas, & animarum zelus, vtriusque indices, erant illius conciones per annos multos ab illo habitæ foruenti spiritu, ut de illo dicunt literæ, quibus veritatem sincerè, sine fuco, sine pigmentis; graui oratione, magnâ efficacitate suaserat. Ad hæc, aiunt de illo Hispalenses; Christianæ humilitatis opera adamauit, inferaire, vel in exacta ætate coco; vnâ cum tyronibus abiectissima obire munia, eosque rogare, ut modum, quo illa fieri deberent, indicarent, vili, pannosoque vestitu in publicum exire, aliâque id genus plura exercere solebat. Illud singulare euangelicæ submissionis exemplar quod impacto sibi ab impudente colapho, quo tempore Collegij Rector erat, alacri, ac sereno vultu percurienti alteram maxillam obtulerit. Hos tam egregios labores, ac virtutes Deus optimus familiaritatis arctissimæ mercede compensarat, eas homini suauitates infundens, quæ illum iustis diei sparijs Deo soli vacare dulciter impellebant; & cum extremi morbi doloribus, qui maiores erant, quam iudicabantur, ut mors opinione citior declarauit, acriter vexaretur, huius

con-

Hispanus  
Hispal. 11.  
Maij 1601.  
ætat 61.  
Soc. 41

Humilis.

Hispa  
in Co  
Mar  
10, M  
1608  
Soc. 4Confes  
auticHispa  
apuc  
tenf  
Indi  
den.  
1645